

ad diſpenſandum & commutandum tenent multi apud Dianam Parte 3. Tractat. 2. Reſolut. 9. quam ſententiam ait ille eſſe probabiliffimam, & tutam in praxi. Pro qua & P. Pellizarius Tractat. 9. Cap. 3. num. 113. & quidem licet in priuilegio dicto de abſolutione à peccato inceſtus agatur, & poenitentia pro eo iniungenda, non eſt vrgentior diſpoſitio illa quam alia Pauli III. cuius mentionem ex Villalobos inducit Diana Reſolut. 9. citata, in qua ait Pontifex Confeſſionibus diſtingenter auditis: & tamen eo non obſtante affirmant Doctores non eſſe conditionem præcitam ad effectum diſpenſationis, quia id ad abſolutionem à peccatis eſt ſolummodo referendum. Eſt autem priuilegium dictum Societati conceſſum à Præfato Pontifice, & habetur in Compendio communi verb. Abſolutio, §. 1.

Priuilegiū aliud Eugenij 4.

473 Adducitur præterea à P. Quintana Singular. 4. citato, priuilegium aliud Eugenij IV. in Bullâ authenticâ, & non eſt Nona huius Pontificis apud Fr. Emmanuelem, & incipit Regularium vitam An. 1536. in quo eſt mendum manifeſtum; cum dicendum ſit Ann. 1436. cuius tenor num. 9. ſic eſt pro PP. Benedictinis de Obſeruantia S. Iuſtinæ: Ne prædictæ Congregationis Monachi ab eorum quiete diſtrahi Romanam Curiam pro crebris obſeruantis licentijs frequentare cogantur: quod in omnibus caſibus, in quibus de iure communi Prælati & Monachi diſc. Congregationis auctoritas, ſive licentia, ſeu diſpenſatio Ordinarij, eſſet neceſſaria, ſi ab eiſdem non eſſent exempti Prælati, Abbatibus, Prioribus, & Reſtoribus huiusmodi, qui pro tempore fuerint, vna cum eorum conuentibus, auctoritate Apoſtolica, abſque eo quod ad Sedem Apoſtolicam habeant recurſum, huiusmodi licentiam & auctoritatem tenore præſentium indulgemus. Hæc Pontifex: quæ quidem ad intentum conducere non videntur: quandoquidem ea ſolum conceduntur, pro quibus ad Romanam Curiam obtinendam licentiarum cauſâ frequens poſſet eſſe recurſus: talia autem non ſunt, quæ ad diſpenſandum in petitione debiti, & ſimilibus, occurrunt, vt videtur perſpicuum, ſed illa quæ ad Monachos ipſos ſpectant, eò quod frequenter neceſſitas diſpenſationis inter ipſos occurrat. Item, ea conceduntur, pro quibus, ſi exempti non eſſent, ad Ordinarios recurrerent; vtique vt beneficium diſpenſationis aut abſolutionis obtinerent. Ex eo autem videtur apertum ea, de quibus agimus, non venire in conſequentiam, quia cum ipſi non haberent facultatem ad illa, quamuis eſſent exempti, rectè ſtare poſſet recurſus ad Ordinarios, vt modò ſtat, cum aliquis caſus occurrat ad ſæculares ſpectans, à quo Religioſi abſolvere nequeunt, vt caſus hæreſis, cuius abſolutio quando occulta eſt, Episcopis conceditur à Concilio Tridentino, & non eſſe reuocatum conceſſionem talem plures Doctores cenſent, de quo alijs; & in caſibus etiam Episcopis referuatis, vbi ex recentiori prohibitione Pontificum non licet abſolutio virtute priuilegiorum, ſi ergò ſtante exemptione, & non ſtante facultate diſpenſandi in petitione debiti, talis caſus occurreret, ſine difficultate aliqua poſſent Religioſi ad Episcopum recurrere, neque eſſet neceſſitas Romanam Curiam frequentandi, cum poſſet facilius & breuius periclitantibus ſubueniri. Licet autem valde probabile ſit, ſtante exemptione, ea omnia

Ad intentum non conducere, ostenditur contra Auctores aliquos.

Vnde occaſio poſtulationis.

Prælati competere erga ſubditos, quæ Episcopis circa ſuos, quia habent quaſi Episcopalem iuriſdictionem, vt ſuperius dictum; circa id tamen potuerunt præfari Monachi dubitare, res enim hæc tunc temporis non ita erat explorata, vnde ad ſedandas conſcientias priuilegium dictum potuit poſtulari. Non ergo videtur conceſſioni dictæ poſſe conuenienter inſiſti.

Priuilegiū aliud eiuſdem Pontificis.

474 Opportunior apparet alia eiuſdem Pontificis Patribus eiſdem in Bullâ, quæ incipit, eſt quaſi ſubter, & aſſertur ab eodem Auctore Singular. 4. citato, numer. 4. tenoris ſequentis: Insuper & vota omnia permittare, ac in omnibus & ſingulis caſibus, etiam Ordinarijs, ac per Synodales, ſeu Provinciales Conſtitutiones referuatis, cum eis diſpenſare. Sic Pontifex. Diſpenſationem autem in petitione debiti caſum eſſe Episcopis referuatum, ex conſuetudine præſcriptâ, aut aliter, communis eſt ſcriptorum ſententia, pro qua plurimos refert P. Thomas Sancius Lib. 8. de Matrimonio Diſput. 12. num. 13. & videri ſpecialiter poſſunt P. Leſſius Lib. 2. Cap. 40. num. 126. & P. Quintana Singular. 2. num. 1. & 2. alios adducens. Et idem Capitulo Sede vacante competere tenent alij, quos allegat & ſequitur Diana Parte 8. Tractat. 4. Reſolut. 47. & ita iuxta priuilegium dictum videtur Regularibus communicatione gaudentibus conuenire. Quod ita eſſe exiſtimat P. Quintana Singular. 4. citato num. 7. priuilegij verbis per extenſum adductis, & Cardinalis Lugo in Opusculo citato circa §. 8. ex eo quod in eodem priuilegio ſic conceditur: Licet dicta Congregationis Prælati, ſive Monachi deputati à ſuis Superioribus ad audiendas huiusmodi perſonarum Confeſſiones accedere, illasque audire, & abſolvere ab omnibus, & ſingulis peccatis, præterquam Sedi Apoſtolice duntaxat referuatis, nec non à quibuscumque excommunicationum, ſuſpenſionum, & Interdicti ſententijs, alijsque Eccleſiaſticis Cenſuris & poenis. Sic ibi. Cum ergo abſolutio ab omnibus poenis Eccleſiaſticis concedatur, poena prohibitionis petendi debiti ſub ea generalitate comprehenditur: verè enim poena Eccleſiaſtica eſt, ſive ob inceſti crimen, ſive ob violatam aſſinitatem, iuxta diuerſos modos ſentendi Doctorum, prohibitio principaliter inducitur. Pro quo citatur P. Thomas Sancius loco nuper adducto, vbi nihil de poenâ, de qua melius Lib. 9. Diſput. 32. num. 43. qui vt videndus Diſp. 30. n. 1. vbi plures Auctores congerit ad probandum eſſe poenam; & ex eo inferit non incurri ab eo, qui per illius ignorantiam crimen admittit.

Conceſſio tenor.

Prohibitionem petendi debiti eſſe poenam.

475 Quæ quidem probabilia ſunt, ſed non plenè conuincunt, neque ad abſolutam conferunt facultatem. Et quod de priuilegio Iulij II. eſt dictum, ſatetur P. Quintana Singular. 4. num. 6. ſcriptulo non carere, eò quod non adeò perſpicuè conſtet conceſſionem illam viuæ vocis Oraculum non fuiſſe. Vnde ait quærendum certius aliquod fundamentum, quod in Bullis Eugenij IV. de quibus nuper ſe deprehendere proteſtatur. Sed priorem non ſuffragari iam vidimus: poſteriori autem opponi poſſet de petitione debiti non fieri mentionem, in qua ſpecialis videtur eſſe ratio: vnde cum in priuilegio Iulij II. de quo num. 471. ſic habeatur, vt deputandi poſſent abſolvere fideles conſtuentes ab omnibus peccatis, & caſibus etiam Episcopo referuatis, & ab omnibus Cenſuris,

Nil proſuetum certum ex prædictis haberi.

Priuilegiū Iulij 11. nihil ſpecialiale circa caſum præſentem continere.

Ad probabilitatem quaſi conſuetudinis.

Prohibitionem non ſemper eſſe poenam.

Episcopi vt queant in votis caſtitatis diſpenſare.

Priuilegiū pro Indis, & Neophytis alijs.

Innocentius X.

Diuerſitas conceſſionis notanda reſpectu ſeruij.

poenis, & ſententijs à iure, vel ab homine prolatis, ac eos habitare in prædictis caſibus: dubitatum fuit ab illis Patribus an vigore poſteriorum verborum poſſent in petitione debiti diſpenſare: ac propterea à Poenitentiario Pontificis declaratio, quam vidimus, emanauit. Non ergo eſt ita competentum ſub generalitate dicta comprehendendi. Quod aliunde etiam probari poſſet: quia ſcilicet cum Pontifices facultatem dictam concedunt, ad eius vſum viros doctos, & ſpeciali deputatos aſſignatione requirunt, vt vidimus num. 466. licet ob fauorem Indiãrum ea ſit limitatio ſublata: vel quia ſufficiens doctrina ſupponitur, eo quod R. P. Generali, & ab eo deſignandis concedatur. Quæ quidem abſolutæ certitudini videntur obſtare, non tamen probabilitati, quæ ex alia etiam deluſi conceſſione poſſet, Nicolai inquam Franciſci, Cardinalis, Nuntij, & Legati Apoſtolici in Hiſpaniã, de qua Cardinalis Lugo circa §. 8. citatum, & nos ſuprà: quæ cum eadem generalitate procedit, & vim Breuis Pontificij videtur habere, ſicut habent Declarationes Cardinalium, quæ factæ verbo cum Pontifice paſſim eduntur. Et ad fundandum amplius probabilitatem dictam vrgere poſſumus ex declaratione Ludouici Cardinalis S. Marcelli circa Iulij Secundi conceſſionem adductâ, in qua ait vigore conceſſionis Apoſtolice, & verborum in ea apoſtorum, prædictâ facultatem ad diſpenſandum circa debiti petitionem haberi: ergò quoties conceſſio talis eſt, facultas eſt eadem; & talis in priuilegijs citatis reperitur. Quod autem de poenis dicebatur, probat quidè quando prohibitio poena eſt, vt poſt inceſtum accidit: non tamen quando impedimentum eſt ratione voti caſtitatis, quia tunc non eſt poena, ſed obligatio ex vi voti proueniens, & non iure Eccleſiaſtico inducitur. Ideò certius non ex omnibus priuilegijs abſolutam poſſe facultatem colligi, niſi quatenus caſus Episcopis referuatos contineat; cum ex communi Doctorum habeatur ſententia, vt iam vidimus, Episcopos poſſe in votis etiam Caſtitatis diſpenſare, cum omnimodæ non ſunt, vel non poſſunt integrè ſeruari, vt in eo, qui poſt votum caſtitatis matrimonium contraxit, qui tenetur reddere: quo euentu neque diſpenſatio eſt abſoluta, vt bene explicat P. Leſſius num. 126. citato: nam ſi ſuperuuiat, ad voti obſeruantiam obligatur.

476 Quidquid autem de alijs ſit, circa Indos, & Neophytos alios conceſſio ſpecialis habetur in Bulla Innocentij X. in qua ſic dicitur: Nec non cum Indis in foro conſcientie tantum, & cum Neophytis in vitroque foro ſuper ieiunijs, gratis tamen diſpenſandi; nec non ab onere petitionis debiti matrimonialis, quando non eſſet licitum illud ratione voti caſtitatis, vel alia rationabili cauſâ petere, in foro conſcientie tantum, & gratis liberandi. Sic Pontifex. Et quod ad diſcrimen Indorum ac Neophytorum attinet, dictum à nobis num. 443. Eſt autem alia in prædicta conceſſione notanda diuerſitas, quod circa diſpenſationem in ieiunijs facultas pro Neophytis in vitroque foro conceditur: cum tamen circa petitionem debiti ſolum pro foro conſcientie tribuatur. Cuius ratio eſſe poſſuit, quia diſpenſatio circa ieiunia effectum magis frequentem & viſibilem habet, & ita oportuit eam eſſe pro foro etiam externo in recens

conuerſis; ne à Prælatiſ Eccleſiaſticis puniantur, vnde & minus circa fidem efficiendos poſſet ſuppicari. Quod quidem circa diſpenſationem in petitione debiti non accidere manifeſtè apparet, res enim occulta eſt, & vt Tertullianus in Libro ad vxorem loquitur Secreta maculoſa videtur autem ſine nouo priuilegio ſtare poſſe diſpenſationem, quando impedimentum oritur ex inceſtu, quia cum ſit priuilegium diſpenſandi in gradibus aſſinitatis ad contrahendum matrimonium, ex eo habetur diſpenſari poſſe in petitione debiti ex eodem impedimento prouenienti, quia multo id minus eſt, & cui licet id, quod plus eſt, licet etiam quod minus, vt eſt regula iuris noſtiſſima in Cap. Cui licet, de regulis iuris in 6. & ita eſt communis ſententia, quam cum alijs, quod ſcitat, ſequitur P. Sancius ſuprà Diſput. 27. num. 14. ex copulâ habitâ cum conſanguinitate ultra ſecundum gradum non oriri impedimentum petendi debitum; quia cum liceat matrimonium ultra illos, etiam licet talis petitio, quæ minus quid eſt, vt liquet. Et idem dicendum de facultate ad diſpenſandum in voto caſtitatis, de qua Cap. præced. eâ enim ſuppoſitâ, non eſt neceſſarium priuilegium aliud ad debiti petitionem, quia minus eſt partialis diſpenſatio illa, quam abſoluta & totalis. Nihilominus à Pontificibus expreſſè conceſſa eſt ad omnem dubitationem ſubmouendam, ſicut alijs accidit, & dictum non ſemel. Addendum tandem opinionem eſſe aliquorum, quos adducit Fr. Ioan Baptiſta in Animaduerſionibus pro Confeſſarijs Indorum, & ſequitur fol. 88. & 89. ex inceſtu occulto non reſultare impedimentum petendi debitum: quod quidem ſi reſpectu aliquorum locum habere poſſet, maxime Indorum, propter omnia, quæ in hoc genere conſiderari poſſunt, & in ipſis deprehenduntur.

Suppoſitio priuilegio ad matrimonium, non eſt aliud ad eſſeſam diſpenſationem neceſſarium.

Neque pro voto caſtitatis.

Opinio ſpecialis circa impedimentum pro petitione debiti, & quantum Indis faueat.

C A P V T XXII.

De nonnullis alijs Indorum Priuilegijs.

477 Primum ſit quod habetur in Copen- Præſentibus Indico verb. Bulla Cæna, in quo ſic dicitur: Conceſſit Pius V. 4. die Ianuarij, Ann. Domini 1569. in foro conſcientie ad decennium, ne Chriſtiani in India incurrerent in excommunicationem Bullæ Cæna Domini propter commercium cum infidelibus, tam de alijs mercibus, quam de armis, quando non eſſet in præiudicium Chriſtianitatis, vt ſi hoſtem non notabiliter armarent. Quam conceſſionem extendit Gregorius XIII. ad aliud decennium hæc declaratione, vt ij, qui mercatorum more expoſita habent huiusmodi prohibita, vt illa infidelibus vendant, præſertim excommunicationem incurrant, etiamſi eos, quibus illa vendunt, non arment notabiliter: non tamen illam incurrant, qui priuatim, & ſine probabili periculo aliquid parui momenti venderent, vt pugionem, aut gladium. Sum hæc in viuæ vocis oraculis pag. 59. & 86. Sic ibi. Quod quidem priuilegium ex duplici capite videtur expiraſſe, & quia temporale, & quia viuæ vocis oraculo conceſſum. Sed quia materia circa quam verſatur, frequenter poſſet occurrere, videndum quid ſine priuilegio liceat. Et materiam quidem ſufficientem ad incurrendam

Expiraſſe, & quid ſine illo licet, iuxta Gregorij XIII. declarationem.

dam prædictam excommunicationem satis expreſſit Gregorius in ſua conſeſſione; ſunt enim ea, quibus in præiudicium Chriſtianitatis poſſunt infideles armari, etiamſi non armantur notabiliter, ſed mediocriter: duo enim extrema in armatura tali deſignantur, ex quibus primum abſolute eſt præiudiciale, aliud parvi momenti: & ita primum excommunicatio incurritur, non ſecundo. Sed eſt medium aliud, quando ſcilicet neque notabilis eſt obarmatio, neque parvi momenti. Sive ergo modicilla vendendo more mercatorum ſit, ſive alio modo, ad incurſionem excommunicationis non ſufficit, difficile apparet quomodo ex eo quod more mercatorum vendendo conſtet, ad illius incurſionem debeat ſufficiens iudicari. Licet enim multorum ſententia ſit, quos adducit & ſequitur Diana Parte 5. Tract. 5. Reſolut. 47. Superiorem poſſe ſub peccato mortali præcipere rem ſecundum ſe leuem, quia ratione circumſtantiarum poteſt cenſeri grauis: in caſu tamen præſenti ea doctrina non videtur locum habere quia circumſtantia quoad intentum prohibitionis non habent conſiderabilem differentiam: prohibentur enim ea, quæ in præiudicium poſſunt Chriſtianitatis redundare: hoc autem præiudicium idem eſt, ſive mercatorum more, ſive aliter illa vendantur. Et vt demus ratione alicuius circumſtantia poſſe graue præceptum imponi; adeo tamen graue, vt excommunicatione Sedi Apoſtolicæ reſeruata feriat, non apparet quomodo poſſit pietati & æquitati euſdem Sedis eſſe conſorme.

478 Circa quod dicendum, non videri mentem Pontificis, vt qui vendit aliquid parui momenti, etiamſi mercator ſit, excommunicationem incurrat; id enim rationes adductæ conuincunt. Quod intelligitur facta omnimodâ paritate, quod videlicet ſemel tantum aut iterum vendat, ſicut alius, qui mercator non eſt ſemel aut iterum id præſtare poteſt. Quod ergo Pontifex ait, Qui mercatorum more expoſita habent, in ſenſu præſato non procedit, ſed de expoſitione ad continuatam venditionem. Licet enim vna aut altera venditio parui momenti in ordine ad præiudicium Chriſtianitatis non videatur tantâ diſtinctione damnabilis; continuatio tamen non poteſt ſine graui præiudicio conſtare. Et ita Auctores de hac excommunicatione loquentes, cum res parui momenti excipiant, vt pagionem, galeam, vel arcum, ea in ſingulari ſignificant, vt videri apud eos poteſt, quos adducit & ſequitur Bonacina de Cenſuris Bullæ Cœnæ Diſput. 1. Quaſt. 8. Puncto 4. numer. 1. Vnde cum multiplicentur venditiones, alia ratio eſt, & ita etiam dicendum, ſi res parui momenti non more mercatorum vendantur, ſed quouis alio contractus genere diſtrahantur, ſi in eis iteratio ſit: pro quo faciunt ea, quæ apud citatos habentur. Si dicas jam non eſſe differentiam inter venditionem mercatoris & alterius, qui talis non eſt; quod tamen contra mentem videtur eſſe Pontificis. Reſponderi poteſt, eſſe quidem, quia regulariter loquendo, & ſecundum ea, quæ frequenter accidunt, ij, qui more mercatorum expoſita habent prohibita, ad con-

Difficultas circa venditionem, cum leuis materia eſt.

Expedita illa.

tinuatam ſunt diſpoſiti venditionem: & cum quilibet vendant, expromptum in eo ad vendendum omnia manifeſtant affectum. Rectissime ergo Pontifex, quando ita accidit, prædictos ſententia excommunicationis inuoluit, quia animum ſuum præue erga rem Chriſtianam affectum, ſatis eo reddunt vendendi genere manifeſtum.

479 In Indijs autem idem poteſt accidere, ſi Chilenis, Chriſtiani nominis inimicis, & nonnullis alijs, quæ ſunt Pontificiâ lege prohibita tranſmittantur, vel quocumque modo tradantur; alijs autem, à quibus timeri nihil poteſt, non ita. In quo quidem erunt forte, qui eâ ſe tueantur ſententiâ, quæ nonnullis placet Scriptoribus, aſſerentibus eos, qui in terris Chriſtianorum prædicta infidelibus vendunt aut permutant, in excommunicationem Bullæ Cœnæ non incidere, quia in ea tantum prohibetur delatio, vel tranſmiſſio, & cum pœnalis lex ſit, ac proinde odiola, non debet extendi. Sic Cardinales Caietanus, & Toletus, Sayrus, PP. Azor, & Gambacurta apud Bonaciam ſupra Puncto 3. num. 31. qui tamen cum alijs, quos ibidem allegat, contrarium ſentit, ſicut & P. Palatus Tomo 6. Diſput. 3. Puncto 8. num. 12. qui id vt probabilius amplectitur. Vnde res hæc dubia videtur, ac proinde in Indijs, vbi negotiationis ſpiritus dominatur, non ſunt nimium vrgendi ſic agentes, vt reſeruetur culpæ rei; quamuis aliâ venditio talium ſub excommunicatione prohibita reperiatur in Cap. Ad liberandam, de Iudeis, vt citati obſeruant. Sed certè Decretalis illa de ijs tantum loquitur, qui Saracenis præſata tradunt Terram ſancam poſſidentibus, vt ex tenore, & pœnâ appoſita conſtat, quæ in illius dicitur futura ſubſidium. Vnde Gloſſa ſic habet: Totum ergo lucrum, quod ad eos peruenit ex hoc commercio, debent dare in ſubſidium Terræ Sanctæ, in cuius detrimentum hoc fecerunt. Sic illa. cum ergo lex pœnalis ſit, idem de illa dicendum volent illi, qui de lege in Bulla Cœnæ cõtentâ, quod vidimus, protulerunt.

480 Secundum priuilegium ſit, quod habetur in Verb. Compoſitio, & ſic ibi: Conceditur Presbyteris Societatis per Generalem Propoſitum in India Orientali deputandis, vt cum Neophytis, & alijs ad Ecclēſiæ vniõnem reducis, ſuper bonis male acquiſitis, ad que reſtituenda in certis perſonis obligati exiſtunt, ad pia opera componere, vel quatenus ipſi ſic obligati indigeant, eis in toto vel in parte remittere & condonare poſſint, idque in ſoro conſcientiæ. Gregorius XIII. ad decennium 4. die Nouembris. Ann. 1579. vt patet in Litteris Apoſtolicis pro Indijs pag. 95. Admomentur autem Noſtri in euſdem Litteris, ne hac facultate vrantur, niſi vbi expedire exiſtimauerint, ſuper quo eorum conſcientiæ onerantur. Sic ibi. Adnotatio ſubjecta talis eſt: Hæc vti poſſunt Prouinciales, & ij, quibus ipſi eam commiſerunt. Nullus tamen eâ vretur in iis locis, in quibus Episcopi reſident, niſi Prouincialis ipſe in caſu aliquo particulari eâ vrendum iudicaret. Eius tamen facultatis vſum eâ conditione concedimus, dummodo Noſtri nihil unquam euſmodi bonorum in proprium, aut Societatis vſum conuertere poſſint. Sic Patres Generales. Et poſtremo quidem Adnotationis pars ſatis oſtendit quàm ſit à Societate in miniſteriorum ſuorum exercitio aliena cupiditas, quandoquidem id, quod licitè fieri poterat, in vſum ſcilicet proprium aliquid

In Indijs qualiter agendum.

Fauorabilis ſententia circa Bullæ Cœnæ prohibitionem, vt non ſit circa venditionem.

Cap. Ad liberandam, non vrgere.

Gloſſa.

Priuilegiũ circa compoſitionem in male acquiſitis.

Adnotatio Compendiũ.

Societatis quàm alienam à

expiditate proceſſus, optimo oſtenditur argumeto.

Qua illius obligatio etiam cum ex vi priuilegijs non agitur.

Quid vbi Episcopi reſident.

Finitum iam illud.

De prorogatione non actum, quia vix illud neceſſarium ob doctri- nas receptas circa applicatio- nem in cer- torum.

Indi unde habeant, vt non poſſint ex-

aliquid, factâ compoſitione, conuertere minime in eadem admittitur: licet Summus Pontifex in ſua conſeſſione, cum alijs, vt vidimus, conſcientias Sociorum oneret, circa conuenientem priuilegijs applicationem, minimè eam conditionem addiderit, quæ in Adnotatione proponitur. Ex quo videtur inferri, cum tale aliquid occurrerit, in quo ex vi priuilegijs non ſit neceſſarium procedere, ſed iuxta regulas, quas Doctores circa materiam præſentem exhibent, idem eſſe faciendum, vt nihil in vſum proprium, aut Societatis conuertatur: eadem enim ratio eſt; quia cum priuilegium nihil ſpeciale præſcribat, per quod Societas ad vſum talem adigatur; dum moderatio in eo adicitur, merum ſpiritum euſdem circa materiam illam PP. Generales expromunt: quod cum in materia paupertatis ſit, grauiter, niſi excuſet paruitas, obligabit. Quod verò vbi Episcopi reſident, vſus limitetur, non videtur grauem obligationem inducere, & inuolidam reddere compoſitionem; quia ſi ita eſſet limitantium mens, id clariùs diceretur, ſicut ſtatim vſus eâ conditione conceditur, de qua diximus. Nihilominus oppoſitum apparet verius, iuxta dicta numer. 177.

481 Supponunt autem prædicta priuilegium vigere, quod tamen vſque ad annum tantum 1569. conſtat eſſe conſeſſum. Quia verò poſt lapſum temporis adhuc in Compendio proponitur, & vſus conceditur, fundamentum videtur durationis præberi, de quo dictum alijs. Non videtur autem Societas multum de illius prorogatione curaffe, quia non adeo neceſſarium iudicauit. Indi enim aut pauperes ſunt, & ita ad reſtitutionem incertorum non debent obligari, quia reuera non reſtituent, nec debet illis peccandi occaſio miniſtrari. Et cum pauperes ſint, euſdem applicari poſſe, quæ dominis debentur incertis, communis ſententia eſt, pro qua P. Leſſius Lib. 2. Cap. 14. num. 41. cum alijs, quos adducit. Et id quidem quando obligatio reſtitutionis ex delicto oritur: quod ſi aliunde, non eſſe obligationem ea tribuendi pauperibus, aut operibus pijs, probabilis ſententia eſt, vt ait P. Leſſius n. 38. & eam cum alijs quos citat, tenet Eligius Baſſæ us verb. Reſtitutio 4. §. 4. Vel nõ ſunt ita pauperes, vt reſtituere non valeant, & ita obligandi ad reſtitutionem ſunt: ſi præſertim debita ex delicto proueniant: quod quidem etiam ſtante priuilegio faciendum, quia Pontifex in eo conſcientias Sociorum onerat: tunc autem manifeſtiùs tale onus apparet, cum reſtituendi facultas eſt, vnde in eo caſu minimè priuilegijs fauor aſſiſtit. Quod ſi quis dicat euenire poſſe vt valeat reſtituere, ſed cum familiarè incommodo, & attentis quidem reſtitutionis regulis ad eam penitus obligari, cum tamen virtute priuilegijs compoſitio aliqua fieri poſſit. Fateor id poſſe quidem accideret ſed cum indigentia latitudinem habeat, & Indi etiam, vt dixi, ad reſtituendum diſticultè adducantur, plus aliquid eorum tenuitati & indoli, quàm alijs, indulgendum eſt, & ita ſine priuilegio fieri applicatio euſdem poterit, & ſic peccandi occaſiones amputari.

482 Tertium priuilegium, non tam conſeſſione, quàm vſu receptum, capacitate Indorum attentâ, eſt, vt illi non poſſint excommuni-

cari. Quod quidem & in Neophytis alijs ſimiliter currit, in quibus conſimilis indoles reperitur. Et quod ad conſeſſionem Pontificum attinet, nulla in ſpeciali videtur extare; immò contrarium videtur illi ſupponere, dum facultatem concedunt abſoluendi omnes in Indijs commo- rantes ab omnibus peccatis, & Cenſuris, vt videri ſpecialiter poteſt in Compendio Indico verb. Abſolutio. Et iuxta hæc procedit Adnotatio euſdem §. vbi dicitur in locis vbi officium S. Inquiſitionis reſidet, hac facultate non vrendum, niſi cum Neophytis, & ea moderatione vt Inquiſitores nulla ratione offendantur. Si autem Neophyti non eſſent Cenſuris comprehenſi, nullum ad hoc neceſſarium erat priuilegium, quia peccata, quæ excommunicationem adiunctam habent, & ideo reſeruantur, ſublatâ Cenſurâ deſinunt eſſe reſeruatâ, & ab Ordinarijs poſſunt Confeſſarijs ſic delinquentes abſolui: vnde neque eſſet vllum vel leue fundamentum, vt ex abſolutione tali Inquiſitores offenderentur. Idem eſt cernerè in Bullis Pauli V. Urbani VIII. & Innocentij X. in quibus ſimilis facultas conceditur, quæ ad omnes in Indijs commorantes extenditur: poſſunt ergo omnes excommunicatione percelli. Idem expreſſius in Concilio Limenſi Act. 2. Cap. 17. vbi omnibus Indorum Confeſſarijs conceditur, vt ab omnibus caſibus, & Cenſuris annexis poſſint abſolvere Indos, cum id expedire in Chriſto iudicauerint, de quo ſupra, n. 309. & alijs in Cap. 11.

483 Nihilominus vt Indi non excommuni- centur à Concilio Limenſi citatò Decretis Concilij Secundi etiam Limenſis inſiſtente, valde prudenter ſtatutum inuenitur Act. 4. Cap. 7. vbi ſic dicitur: Cum Ecclēſiæ ſpiritualis vindiſta grauiſſima ſit, ad animarum intimam penetrans, iis tamen vtilis eſſe poteſt, qui bona ſpiritualia, & damna poſſunt ſatis cogitatione concipere, & prout oportet, expendere. Quibus verò nihil vel pretioſum vel vile eſt, niſi quod oculis cernitur, in eos certe ſpiritualis illa cenſura inrentata poterit proſpicere parum, onerare plurimum. Quam rem cum prudenter Superiores huius noui Orbis Anſiſtentes ſecum perpenderent, ſtatuere, in haſtam faciles & minimè perſpicaces Indorum gentes ab excommunicatione, ceteriſque cenſuris eſſe abſtinendum: pro his verò ad conſeruandam Ecclēſiaſticam diſciplinam & religionem, neceſſaria externa & temporali aliquid pœnâ vrendum: quod à priſtis in ſimile genus hominum etiam obſeruatum eſſe compertum eſt. Hæc Concilium. Ex quibus videtur colligi Indos non incurſere in excommunicationem, aut Cenſuram aliam ſtatuto aliquo propoſitam pro ijs, qui illud fuerint tranſgreſſi, ſue à iure Indico, ſue ab homine: pro omnibus enim illis rationes dictas conſtat militare. Licet autem quandoque ex eo fiat vt multa delicta maneant impunita, quibus pœna tantum eſt ſpiritualis impoſita, vt etiam occultè peccantes comprehendat: id tolerandum eſt, ſicut in multis criminibus occultè perpetratis toleratur.

484 In ijs verò, quæ à Sede Apoſtolicâ, ſue quia in iure habentur, ſue quia per Conſtitutiones peculiare, vniuerſali complexione deſcendunt, maior videtur eſſe diſticultas propter adducta nuper, & quia Concilium Limenſe non potuit poteſtatem ſupremam coarctare. Sed certè, licet non potuerit, explicare tamen potuit mentem

Ad nota- tio Com- pendij In- dici, in qua id expreſſum.

Ad nota- tio Com- pendij In- dici, in qua id expreſſum.

Et in Bul- lis Pontifi- cum.

Et Conci- lio Limenſi caſibus, & Cenſuris annexis poſſint abſolvere Indos, cum id expedire in Chriſto iudicauerint, de quo ſupra, n. 309. & alijs in Cap. 11.

Ab eodem ſtatutum vt id non fiat, ſicut & à ſe- cundo.

Negue à iure aut ab homine impoſitas incurſere.